tres sexies · xviii conficiunt quod est prioris summae
dimedium · xv iii ·



Considerandum forsitan uideatur cur hanc armonicā
medietatem uocemus · cuius haec ratio est; quō arith
metica dispositio aequas tantum per differentias diuidit
quantitates; geometrica uero terminos aequa proportione
coniungit; at uero armonica ad aliquid quodam modo
relata consideratione. neq· solum in terminis speculationē
proportionis habet · neq· solum in differentiis · sed in utris
q· communiter; quaerit enim ut quemadmodum sunt ad se
extremi termini sic maioris ad medium differentia contra
differentiam medietatis ad ultimum; ad aliquid autem con
siderationem armonicae proprie esse in primi libri rerum
omnium diuisione monstrauimus; ipsarum quoq· musi
carum consonantiarum quas symphonias nominant ·
proportiones in hac pene sola medietate frequenter inuenias;
namq· symphonia diatesaron quae princeps est · & quodā
modo uim obtinens elementi constituitur · scilicet in epitrita
proportione ut est quaternarius ad ternarium · in eius
modi armonicis medietatib; inuenitur; sint enim huius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA NATIONALIS HUNGARIAE
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Országos Széchényi Könyvtár / National Széchényi Library
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/oszk_clmae3/0155